

4444





444.

Wohlfahrt, Dings. De indertan Jurefpona

44/56040

~~BIBLIOTHEK  
DES  
KONIGL. PREUSS.  
GEN. OBSER. TRIBUNALS  
ZU  
BERLIN~~



380144/56040(6)

99 x

10

DISPUTATIONIS XVI

DE INTESTATI  
SUCCESSIONE.

Ex Lib. 6. C. à Tit. 54. ad finem ejusdem libri  
desumpta

DECADES QVINQVE.

Quas Præsidio

D. Dionysii Gothofredi IC.  
& Antecessoris in illustri Argentoratensium Aca-  
demia Clarissimi, Præceptoris sui  
colendi

Discutiendas exhibet loco & tempore consuetis

Heinricus à VVallenrodt Prutenus,



ARGENTORATI

Excudebat Antonius Bertramus.

Anno M. D. XCVI.

323

Magnifico, Nobilissimoque  
VIRO, DN. IOHANNI *Kauter*/Illustrissimi Prussiae  
Ducis summo aulae Praesidi, Consiliarioq;  
primario ac intimo, &c.

Domino Patrino & cognato meo utplu-  
rimùm venerando.

Hanc de Intestati successione disputationem or-  
dinarij exercitij gratiâ à me congestam



*Δῶρον* quamvis *ἀδωρον*  
in debita tamen observantia monimen-  
& grati animi significationem

Dedicans consecransq;  
Argentorato in patriam mitto

Heinricus à VVallenrodt.

38/44/56 040 (6)

MARGENRODT  
Friedrichs-Universität  
Jano 1717

## Continuatio.

**T**Ractatum successione testamentaria recto nunc ordine eius quæ ab intestato defertur, & propriè legitima iustaq; dicitur a) subsequitur discussio.

a) *l. legitimam. 8. ff. de petit. hered. l. 3. §. 2. ff. pro socio. l. 89. ff. de R. I. Propriè autem hæc successio dicitur legitima, quod principaliter solâ legis constitutione naturaliter approbatâ sine ulla testatoris voluntate nobis obvenit. l. 1. §. non querimus 9 ff. si quis omissa caus. testam. l. 2. §. 4. ff. de suis & legit. her.*

### POSITIO I.

Successioni ab intestato locus antè nō est, quàm causa est atq; defecerit, a) Itaq; ea definitur hæreditatis extra casum ultimæ voluntatis acquisitio. b)

a) *§. cum autem. 7. Inst. de her. quæ ab int. def. §. proximus 6. Instit. de leg. agn. success. l. 89 ff. de R. I. b) Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 74. arg. l. ult. ff. de suis & leg. her.*

### II.

Estq; duplex: Naturalis, quæ fit jure cognationis seu sanguinis, & Civilis, quæ non jure cognationis aut proximitatis nobis competit, sed juris Civilis titulum aliquem habet.

*Vult. d. loco.*

### III.

Naturalis triplex est, Descendentium, Ascendentium & Collateralium.

*Novell. 118. in pr.*

### IV.

Inter has PRIMVS & potior ordo Descendentium est seu liberorū, quibus ex nature simul & parentū vo-

A

topri-

*De suis & legitimis liberis & Tit. 54.*



to primario & naturali mortalitatis ordine hæreditas competit, a) Quare & Primaria hæc successio dicitur. b)

a) §. 1. *Instit. de hæred. quæ ab int. defer.* Nov. 118. c. 1.

b) *Fult. d. loco.*

V.

Nullum hîc sexus, ætatis, conditionis aut suitatis habetur discrimen, sed si ve sui sint, si ve emancipati, a) si ve masculi si ve foeminae, b) si ve nati, si ve nascituri, c) si ve clerici si ve seculares, d) æqualiter ad successionem Ascendentium vocantur, & quidem primò liberi primi gradus.

a) *auth. in successione. C. h. t. Nov. 118. c. 1. ibi, nulla introducenda differentia,* b) *d. Nov. 118. c. 1. l. maximum vitium. 4. C. de liber. præterit. l. 11. C. famil. Excisc. l. 17. C. de collat. d. auth. in successione C. h. t. §. 15. & 16. Inst. de hæred. quæ ab int. c) §. & licet, 8. Inst. d. tit. d) l. 34. & 56. §. hoc etiam cognitum. C. de Episc. & Cleric. Nov. 5. c. 5. auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Excipiendos quidam putant Franciscanos seu fratres Minores, per Clem. exivi. §. cupientes vers. quia igitur. de V. S. Graß in §. successio ab intestato. q. 8. n. 1. Angel. in §. intestatorum, in fi. Inst. de hæred. quæ ab intest. Dissent. Guil. Ranchinus in tr. success. ab intest. §. 7. n. 10. qui religiosos indifferenter ad parentum successionem non admittendos ait, quòd ii habeantur pro mortuis, ut super hoc allegat Guil. Benedicetū in repet. c. Raynutius in vers. in eodē testamēto relinquens p. 2. n. 112. & 126. & Masuer. qui censet nec Papam religioso jus succedēdi dare posse in tit. de success. & ult. volunt. vers. item per consuetudinem.*

Quod

Quod & ad nepotes neptesve & infra hos ulterio-  
res extenditur, ut & hi avo suo unà cum filiis defuncti  
succedant: & quidem filii in capita & secundum perso-  
narum numerum, nepotes verò jure repræsentationis,  
quod in hoc ordine in infinitum procedit, in stirpes, a)  
idq; si soli sive cum filiis defuncti avo succedant. b)

a) l. 2. & 3. C. h. t. Dicitur autem repræsentatio successio  
liberorum posterioris gradus in locum portionemq; suo-  
rum, ita tamen, ut plures habeantur pro uno. l. coheredi.  
§. ult. ff. de vulg. substit. l. cum quis. §. Sejam ff. de legat.  
3. l. 2. §. si duo. l. 7. ff. de collat. bonor. Successio in capita  
fieri dicitur, quando hereditas tot in partes aequaliter di-  
viditur, quot sunt ejusdem gradus personæ. In stirpes ve-  
rò contra, cum in defuncti locum omnes liberi ejus succe-  
dunt. l. 2. & 3. C. h. t. §. cum filius. 6. & §. si. Instit. de hæ-  
red. que ab intest. d. Nov. 118. c. 1. vers. sic tamen. Al-  
thus Jurisp. Ro. lib. 1. c. 22. b) d. §. cum filius. 6. & §. si.  
Inst. de hered. que ab int. def. l. 2. C. h. t.

## VII.

Ita tamen nepotes neptesve aut ulteriores cum fi-  
liis defuncti succedunt, si nemo eos in gradu antecedit,  
id est, si parens eorum tempore mortis avi jam deceffe-  
rit. Nam liberis primi gradus existentibus, horum li-  
beri, si qui sunt, unà cum iis ad successionem non ad-  
mittuntur, sed liberi primi gradus ulteriores exclu-  
dunt. Hic namq; regula cõmunis de successione locum  
habet, quod is qui prior sit gradu, alium excludat.  
Itaque nepotes patre eorum adhuc superstite non suc-  
cedunt, a) ut nec patre abstinate hereditate. b.)

a) Schneid. Inst. de her. ab int. in 1. ord. succed. de succ. fil.

nati & legit. simul. n. 3. b) Treutler. vol. 2. disp. 16. §. 1.  
lit. G. arg. l. 6. C. de legit. hær. l. fi. C. unde liberi. Cujac.  
lib. 4. obs. cap. 6.

VIII.

Et hæc in natis ex eodem matrimonio obtinent,  
Si verò diversarum nuptiarum liberi sint, ii communi  
parenti æqualiter, diversis separatim succedunt, quilibet  
parenti suo. a) Ideoque Confanguinei ὁμοπατέριοι  
in bonis paternis pariter succedunt, in maternis quilibet  
matri suæ, E contrario uterini ὁμομήτριοι in bonis  
maternis pariter, in paternis quilibet patri suo, Nisi pa-  
ctum de unione prolium intervenierit,

a) l. 3. 4. 5. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 29. b) Gail. 2.  
obs. 1. 5. & 126.

IX.

Quæ de successione liberorum dicta sunt, quam-  
vis de natis ex justo matrimonio accipienda sunt, tamē  
eadem in legitimatis per subsequens matrimonium  
quin obtineant, asserere non dubitamus. a) Per omnia  
enim verè legitimis hi equiparantur, & omnia jura na-  
turalium & legitimorum nanciscuntur. b) Neque re-  
fert, quòd ante legitimationem pater legitimè natos  
habuerit, aut quòd matrimonium intermedium ce-  
lebratum, c) aut in articulo mortis contractum fuerit, d)  
aut etiam instrumenta dotalia defuerint. e)

a) l. cum quis. 10. C. de natural. liber. c. tanta & ibi Dd.  
ex. qui fil. sint leg. §. sui autem. 2. vers. nec non eos. Inst.  
de hær. quæ ab intest. Nov. 76. c. 2. Mysing. cent. 5.  
obs. 42. b) d. Nov. 76. c. 2. Dd. communiter in d. c. tan-  
ta. c) Nov. 89. c. 8. gl. in d. c. tanta, qui fil. ex. sint le-  
git. arg. l. 20. ff. soluto matrimo. l. 36. 41. ff. de jure dot.  
d) Cans-

d) *Canonista in d. c. tanta. Abbas c. 2. ex. de conjug. leprof. Gail. 2. obs. 141. n. 8. VVesenbec. §. fi. n. 3. Inst. de nupt. e) VVesenb. d. §. fi. n. 3. & hanc sententiam consulendo defendit Schurff. cent. 1. cons. 1. Covarr. de sponsal. p. 1. c. 8. §. 2. n. 8.*

X.

Aliud est in legitimatis per rescriptum Principis: hi enim non nisi aliis liberis natura legitimis non existentibus, a) & tantum patri non reliquis cognatis succedunt. b) Idem in legitimatis per oblationem curiae statuendum viderur. c)

a) *Nov. 89. c. 1. auth. item sine liberis, C. de natur. liber. Gail. 2. obs. 142. n. 12. b) Althus. lib. Jurisp. Ro. 1. c. 22. c) arg. l. 5. C. t. d. Nov. 89. c. 4. l. pen. C. de adopt. §. sed hodie Inst. cod.*

XI.

Adoptivi parentibus adoptivis quamdiu in adoptantis familia & potestate sunt, cum reliquis liberis naturalibus & legitimis succedunt exclusis adoptivi patris parentibus, a) soli tamen patri adoptivo non etiam cognatis ut nec uxori ejus. b) Emancipati nec patri adoptivo, c) nisi ab ascendente fuerint adoptati & emancipatio naturali patre mortuo facta sit. d)

a) *§. sed ea omnia. 14. Inst. h. t. l. pen. §. sed ne articulum C. de adopt. §. sed hodie. 2. Inst. ead. l. 5. C. h. t. Oldendorp. clas. 5. act. 5. b) l. 10. §. sed siquidem. & ibi gl. ff. de adopt. Schneid. ad §. sed hodie n. 9. Inst. de adopt. In feudis hi nullo modo succedunt. §. adoptivus. si de feud. def. contentio sit int. dom. & agn. vafal. 2. lib. F. tit. 26. c) d. l. pen. §. sin autem per emancipationem. C. de adopt.*

ad

*ad naturalem namq. patrem revertuntur. d) d. l. pen. Schneid. d. §. sed hodie n. 1. & Myns. n. 2. Inst. de adopt.*

XII.

Arrogati patri arrogatori non tantum in iis bonis quæ ad ipsum transfulerunt, sed etiam in aliis ipsius arrogantis propriis omnibus succedunt. a) Qui si fuerint emancipati cum causæ cognitione, tunc sua saltem bona emancipato restituuntur, Si verò sine causæ cognitione, tum præter bona propria translata in arrogatorem quartam bonorum arrogatoris ex conditione legis D. Pii petere possunt. b)

a) *l. pen. §. fi. C. de adopt. §. 3. Inst. eod. b) l. 8. §. si quis impubes ff. de inoff. testam. l. si arrogator. ff. de adopt. §. 3. Inst. eod. Schneid. Inst. h. in 1. ord. succed. de success. legitimor. n. 14. & seqq. In feudis hi similiter ut adoptati non succedunt, nisi ab Imp. ita admissa fuerit arrogatio, ut etiam in feudo succederent, Bald. in d. §. adoptivus. 2. F. 26. aut feudum eâ conditione datum fuerit, arg. tit. 48. de feudo non hab. propr. feudi natur. lib. 2. F. Somsbec. p. 9. de F. n. 63. aut consuetudine seu statuto diversum sit introductum, Alvarot. ad d. §. adoptivus. si de feudo def. 2. F. 26. Somsbec. d. p. 9. n. 64. Schneid. in tr. F. p. 6. n. 21.*

XIII.

Diversum est in naturalibus tantum: hi enim legitimis extantibus patri aut paterni generis parentibus ut & cognatis prorsus non succedunt, a) Non extantibus autem legitimis neque uxore legitimâ, patri in sextantem hoc est, in duas uncias cum matre partendas succedunt, b) Si verò liberi naturales ex diversis concubinibus quas quis habuit, fuerint procreati, omni successione beneficio ii spoliantur. c) Matri tamen ut  
& ascen-

& ascendentes per lineam maternã etiam unã cum liberis naturale legitimis quin naturales succedant nihil obstat, idq; ex SC. Orficiano, d) adeò, ut si mater reliquive ascendentes per testamentum eos indignè excludere voluerint, querela inofficiosa de jure ipsis non denegetur. e)

a) l. si in pr. C. de natur. liber. Nov. 89. c. 12. §. si quis autem. 6. Alimenta tamen eis parentes præbere coguntur. d. Nov. 89. c. 1. §. 6. b) d. Nov. 89. c. 12. §. igitur. 2. c) d. Nov. 89. c. 12. §. si verò effusa 5. Cum enim concubinatus (qui est jure civili permissus l. 3. §. 1. ff. de concubin. ibi, quia concubinatus per leges nomen assumit, extra legis pœnam est) quàm proximè accedat ad matrimoniũ, to. tit. ff. de concub. l. divi 5. cum ll. seqq. C. de natur. liber. l. in liber. e. 24. ff. de ritu nupt. l. item 49. §. parvi ff. de legat. 3. & legitime copulatus uxori alias constante matrimonio superinducere nõ possit, sic nec leges plures unã concubinas permittunt, l. un. C. de concubin. sed à successione tam liberos quàm matres propter odiũ turpis concupiscentiæ arcent. d. Nov. 89. c. 12. §. si verò effusa 5. d) l. si qua illustris. pe. ver. si autem C. ad SC. Orfician. §. novissimè. pen. Inst. eod. l. Modestinus 8. ff. unde cognati. e) l. 29. ff. de inoffic. testam. gl. in. d. l. si qua illustris. pen. vers. cum legitimis. & ibi Dd. communiter. C. ad SC. Orfician. gl. in §. tam autem. Inst. de inoffic. testam. Schneid. ad §. non autem n. 4. Inst. eod. Forster. de suc. ab intest. lib. 2. de succes. fil. nat. conclus. 2. pag. 15.

XIV.

Spurii patri ne utiquam a) matri verò ut & ascendentes per maternam lineã unã cum aliis legitime natis rectè succedunt, b) nisi mater sit persona illustris,

Ad SC. Orficianum  
Tit. 56.

B quæ

quæ alios liberos ex iustis nuptiis susceptos habeat. c)

a) Est enim is incertus, l. si spurii 4 ff. unde cognati. Itaq; patrem habere spurii non intelliguntur. §. pen. Instit. de nupt. At multo minus conjunctis per paternam lineam aut ascendentibus succedunt: alitamen à talibus æquum est. l. 2. ff. unde cog. b) d. l. si qua illustris. pen. in fi. C. ad SC. Orfi. d. §. novissimè pe. Inst. eod. d. l. 2. l. 4. & 8. ff. unde cogn. l. 1. §. 2. ff. ad SC. Tertull. & Orfic. §. vulgò quasitos. Instit. de succes. cognat. Gail. 2. obs. 88. n. 20. & 2. obs. 115. n. 11. in fi. Cuja. obs. lib. 5. cap. 6. c) d. l. pen. in pr. C. h. t. Cum itaq; injuriosum & infame sit mulieri illustri spurios esse, major in ea observatio castitatis quam in plebeja requiritur, Quò n. nobilior, eò castior mulier esse debet. d. l. si qua illustris. pen. in med. & ibi Dn. Prec. Gothofr. C. h. t.

XV.

Hinc quæstio oritur, anne filix spurix dos à patre debeatur? Et de I. Canonico deberi putamus.

per ea quæ tradit Nicol. Eberhardi in Topic. lega. in loco ab alimentis ad dotem. n. 4. & Gail. 2. obs. 88.

XVI.

Nati ex damnato & incestuoso coitu nec patri nec matri, multo que minus reliquis cognatis succedunt, Imò & de I. civili alimenta iis negantur. a) Quod tamè de æquitate Canonica mitigatum esse nonnulli contendunt. b)

a) Nov. 74. c. fi. Nov. 89. c. fi. auth. ex complexu, C. de incest. nupt. b) per c. cum haberet. 5. ex. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult.

XVII.

Haftenus de successione primaria. Sequitur secundaria, quæ est vel ascendentium vel collateralium. Primum

mum autem de ascendentium successione videamus.

SECUNDUS succedendi ab intestato ordo est ascen- *Ad Sena-*  
dentium, a) i. parentum, qui turbato mortalitatis or- *rus consul-*  
dine b) ratione cōmiserationis ad successionem libe- *rum Ter-*  
rorum suorū vocantur, & quidem secundum gradus *tullianm.*  
prærogativam. *Tit. 55a*

a) *auth. defuncto C. ad SC. Tertull. Nov. 118. c. 2. b) l. nam*  
*etsi 15. ff. de inoff. testam. l. si. C. de instit. & substitut. Se-*  
*condum naturam. enim est, ut hereditas descendat po-*  
*tius quam ascendat.*

XIX.

Neq; in hoc ordine sexus aut patriæ potestatis ha-  
betur differentia, sed qui ejusdem gradus sunt æquali-  
liter ad successionē veniunt, Diversi verò gradus si qui  
sunt, prior gradu remotiorem excludit, a) Nullum e-  
nim hīc repræsentationis jus habet locum. b)

a) *auth. post fratres fratrumq; C. de legit. hered. b) d.*  
*Nov. 118. c. 2. d. auth. defuncto. C. h. t. Nam est contra na-*  
*turam, ut avus repræsentet patrē, suum filium, tamquam*  
*ab eo genitus.*

Primū itaq; pater & mater soli exclusis avis pa-  
terno & materno succedunt, in tantum ut mortuā ma-  
tre pater avum maternum etiam quoad bona quæ ex  
linea materna pervenerunt, & vice versā mortuo patre  
mater avum paternum etiam quoad paterna bona ex-  
cludat.

*gl. cōmuniter approbata in d. auth. defuncto. verb. gra-*  
*du. & d. Nov. 118. c. 2. verb. proximi Schneid. Inst. h. de sec.*  
*ord. succed. n. 20. & 21.*

Quam



Quamvis enim olim in successione liberorum: pater preferabatur matri, a) hodie tamen unà cum patre mater equaliter admittitur, b) si soli supersint, & defuncti fratres aut sorores non extiterint. c)

a) l. 2. C. h. t. & l. 2. §. 5. ff. eod. §. 3. Instit. eod. l. 10. ff. de suis & legitim. b) l. ult. §. 1. C. h. t. d. auth. defuncto h. t. & d. Nov. 118. c. 2. c) d. auth. defuncto, & d. Nov. 118. c. 2.

## XXII.

Extantibus verò fratribus & soribus defuncto utrinque conjunctis parentes cum his in capita, cum horum verò filiis propter jus repræsentationis in stirpes succedunt: a) uterinos autem & consanguineos fratres unà cum parentibus vel reliquis ascendentibus admittendos non arbitramur, b)

a) d. auth. defuncto, & l. ult. C. h. t. d. Nov. 118. c. 2. Nov. 2.

c. 3. b) d. Nov. 118. c. 2. & d. auth. defuncto Vvesenb. in parat ff. de grad. & affin. n. 15. Contr. Lag. in meth. Iur. p. 2. c. 59. n. 28.

## XXIII.

Patre & matre non existentibus alii superiores avus & avia ad successionem admittuntur, a) An autem hi unà cum defuncti fratribus aut soribus utrinque conjunctis ad successionem admittendi, controversatur: Nos eo casu exclusis avo aviâque solos fratres sororesve germanos aut horum liberos admittendos censemus. *moti textu in l. in successione. C. de legit. hered. gl. in d. auth. defuncto per ill. tex. h. t. Nov. 127. c. 1. Lag. d. p. 2. c. 59. n. 27. in si. Diss. Accurs. & Cyn. in d. auth. defuncto. Schneid. Inst. h. de sec. ord. succed. n. 25. 26. & 27.*

## XXIV.

Si plures ascendentes in secundo vel tertio gradu disparis numeri, paris tamen gradus fuerint, æqualiter ad

bona defuncti admittuntur, divisione facta in stirpes: non in capita, ita ut lineę paternę pars dimidia, altera maternę acquiratur.

*d. aut. defuncto, C. h. t. d. Nov. 118. c. 2. Lag. d. p. 2. c. 59. n.*

28.

XXV.

Pater adoptivus filio suo adoptivo quem mortis tempore in ipsius potestate habuit, sicut arrogator filio puberi arrogato successor legitimus est. a) Ei verò qui ipsius potestatem excessit, heres ne utiquam erit b)

a) *l. pen. §. 5. C. de adopt. b) §. 2. & 14. Inst. de her. que ab intest. l. 1. §. 4. ff. unde cogn. l. si ab eo. 11 post pr. C. de leg. har. d. l. pen. §. 5. C. de adopt. l. si. C. de indicta viduit toll.*

XXVI.

Parentes naturales filiis suis legitimatis æquè ut naturales & legitimi a) Nō legitimatis verò æquè ut hi illis in duabus unciis pater ejusve ascendētes, mater autem ejusve ascendentes in solidum succedunt. b)

a) *Nov. 89. c. 4 b) d. Nov. 89. c. 13. l. 1. & 2. C. h. t. Sunt enim successiones vicissitudinariae, ita prout quis succedit, sic & ei succeditur, itemq; à successione repellitur. l. si ab eo, 11. C. de legit. hered. l. communium rerum. 9. in pr. C. de natur. lber.*

XXVII.

Natis ex incestuoso & damnato coitu, parentes successores non sunt, *per rationem in proximè præced. positam.*

XXVIII.

Recipiunt tamen ea quæ de successione parentum dicta sunt, limitationē quandam, ut ii quandoq; à successione liberorū arceantur. Repellitur namq; à successione mater transiens ad secunda vota nec petens filio impuberi tutorem a) aut in locum remoti alium petere negligens, b) præsertim verò si mater impuberi filio

B 3 in

in testamento substituta sit. c) Idem obtinet. si rursus  
seu luxuriosè vixerit. d)

a) l. omnem 6. C. h. t. b) § pen. Instit. cod. c) Nov. 22. c.  
40. d) gl. in l. mater. C. h. t.

XXIX.

De bonis  
maternis  
& mater-  
ni generis.  
Tit. 59.

Sic si secūdis nuptiis se parentes finestaverint, libe-  
rorū suorum successores non erunt. a) Et habent hoc  
casu parentes solum tantū usum fructum bonorum  
ex substantia paterna ad defunctum perventorum, b)  
proprietas apud filios, id est, defuncti fratres remanē-  
te, c) sicut & in rebus maternis & aliis ad v̄riciis bonis  
filii pater quamdiu vivit, usum fr. solum habet. d)

a) Quod de utriusq; sexus parentibus accipiendū. Pæna e-  
nim secundarum nuptiarum tam in patre quam matre  
locum habent, ut est textus in Nov. 22. c. 23. ibi. & hac cō-  
munis mulieris & viri mūlta sit posita. Nov. 127. c. 3. in  
fi. b) l. 1. C. de bon. matern. c) d. Nov. 22. c. 23. Gail. 2. obs.  
38. n. 1. & 3. Hoc sic obtinet, si plures uno extiterint filii,  
& si dissentientibus liberis ad secunda vota transferint  
parentes, Si enim liberis consentientibus, nō tantum quō  
ad usum fr. sed & quō ad proprietatem unā cum reliquis  
fratribus sororibusq; succedunt not. Gail. 2. obs. 19. & 20.  
d) d. l. 1. C. de bon. matern. l. 1. & l. 6. C. de bon. qua liber.  
Quod tamen de consuetudine hodie non observari tra-  
dit Schneid. Inst. de patr. potest. n. 74.

XXX.

De bonis  
qua liberis  
in potesta-  
te patris  
constitu-  
tis &c.  
Tit. 60.

Cæterū differentiam quandam juris in successio-  
ne ascendentium parit obventio bonorum. In bonis  
enim quæ à patre vel aliquo de linea paterna pervene-  
runt ad filium solus pater succedit exclusa matre: Et  
cōtrā in quæsitis à matre vel de linea materna sola ma-  
ter excluso patre succedit. a) Idem in ascendentibus ul-

terioris gradus obrinet. In bonis verò Castrenſibus vel q. & aliis adventiciis bonis acquiſitis aliunde mater & pater æqualiter filio defuncto ſuccedunt. b)

a) l. quod ſcitis 3. C. de bon. que liber. Bart. in auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. Lag. d. p. 2. c. 59. n. 29. Diſſ. Bald. in d. auth. defuncto ſup. ad Tert. b) d. auth. defuncto. Quo ſenſu accipienda eſt ſuprà d. 21. XXXI.

TERTIUS ſuccedendi ab inteſtato ordo eſt Collateralium. Deficientibus enim perſonis linea recta, deſcendentibus videlicet & aſcendentibus ſucceſſio in obliqua linea defertur Collateralibus.

De legiti-  
mis heredi-  
bus. Tit. 57

auth. ceſſante C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3.

XXXII.

Primum in hoc ordine locum ſibi vendicant fratres ſororesq; ἀμφιθαλῆς ſeu germani, id eſt, ex utroq; parente conjuncti: Hi fratribus ex altero tantum latere conjunctis præferuntur, a) & ſi ſoli ſint, ſuccedunt in capita, ſi etiam fratrum ſorumve præmortuarum liberi extant, cum illis jure repræſentationis, quod tamẽ in hoc ordine ulterius non extenditur, in ſtirpes. b)

a) auth. poſt fratres autem C. h. t. auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. b) auth. ceſſante, C. h. t. d. Nov. 118. c. 3.

XXXIII.

Fratribus ſororibusve germanis non exiſtentibus fratrum ſorumve filii ſoli ſuccedunt; utrum autẽ hi in capita an in ſtirpes ſuccedere debeant, ancipitis juris eſt quæſtio: Nos Azonis eorũq; ſententiã, qui in capita diviſionẽ fieri debere aſſerunt, ut veriorẽ, & firmiori legum rationumq; præſidio munitam rejectã Accuſſi aliorumq; opinione conſtanter amplectimur, \*) idq; non ſolum quando fratrum liberi patruo, amite aut matertera, ſed & ſi ſoli ſibi invicem, utpote patrucles, ami-

tini seu confobrini succedant, procedere statuimus. b)  
 a) per l. 2. §. 2. & ibi Dn. Prac. Gothofr. ff. de suis & legiti-  
 mis her. l. 1. in fi ff. si pars her. pet. l. pen. vers. illo procul du-  
 bio, & l. fi. §. 3. vers. illo etiam observando. C. h. t. §. hoc etiã  
 4. Inst. de leg. agn. success. Cõfirmatur hac sententia consti-  
 tutione Caroli V. Imp. in des Reichs abschied zu Speyr/  
 anno 1529. sub tit. Wie Brüder oder Schwester kinder  
 jres Vatters Bruder oder Schwester verlassne Erb-  
 schafft vnter sich theilen sollen. Cõcordat cum h. constit.  
 Ius Saxoniciũ ut est textus artic. 17 Lãdrecht lib. 1. Autor  
 different. jur. Civil. & Saxonici. diff. 28. Schneid. Instit.  
 h. de 3. ord. suc. n. 29. Ideoq; hanc sententiam potiore in  
 foro & iudiciis refert Guil. Ranchinus in tr. de suc. ab in-  
 test. §. 13. n. 16. & natura magis amicam ait Bald. in d.  
 auth. cessante. C. h. t. Hanc item a Parlamento Gallie re-  
 ceptam esse testatur Hottoman. qq. illustr. 14. idq; non so-  
 lum in allodialibus sed & feudalibus obtinere tradit Zas.  
 in Epit. F. p. 8 n. 18. Alvorat. in c. un. de succes. frat. n. 4.  
 Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. q. 75. n. 2. Moz-  
 zius de feud. c. 5 n. 78. Mynscent. 2. obs. 94. Diss. Sonsbec. p.  
 9. de feud. n. 100. & seq. b) auth post fratres fratrumq; &  
 ibi Dn. Prac. Gothofr. C. h. t.

XXXIV.

Nepotes fratrum unã cum fratribus aut horum  
 liberis ad successionem admittendos negamus.

Nov. 118 c. 3. vers. huiusmodi. Guil. Ranchin. in tr. de suc.  
 ab int. §. 13. n. 17. Sunt enim in quarto gradu, nec habent  
 jus representationis. XXXV.

Fratribus germanis, eorumq; liberis deficientibus  
 demũ admittuntur fratres  $\epsilon\tau\epsilon\rho\theta\alpha\lambda\epsilon\iota\varsigma$ , id est, illi qui al-  
 tero tantũ ex parente conjuncti sunt, a) & itã quidẽ,

ut

ut ὁμοπάριοι consanguinei in paternis, ὁ μομήτριοι uterini in maternis bonis potiores sint, in reliquis verò à defuncto fratre aliunde quæsitis divisio fiat æqualis b)

a) *d. Nov. 118. c. 3. vers. his autem. d. auth. post fratres. C. h. t.*  
b) *l. de emancipatis. 13. §. 2. vers. exceptis h. t. & ibi Dn. Præce. Gothofr. verb. maternis. ubi tamen in fi. notat hodiè hereditatē inter paternos et uterinos æqualiter dividit, ità ut dimidiā partē capiant paterni, alterā uterini. & gl. in auth. itaq. vers. ex utroq. C. comm. de success. Schneid. Inst. h. de 3. ord. succ. n. 21.*

XXXVI.

Fratres legitimi tantum sibi invicem non succedunt, nisi ab ascendentibus fuerint adoptati.

*l. pen. C. de adopt. Schn. d. loco. de succ. frat. legitim. tantum.*

XXXVII.

Porrò naturales tantum fratres qui solum ex parte patris sibi invicem juncti sunt, sibi neutiquam, qui verò ex parte matris, et amsi alter naturalis, alter legitimus sit, sibi utiq; succedunt a) Sic Spurii transversalibus ex paterna origine minimè, at uterini ὁμοπάριοι ut & cognati matris ad successionem vocantur. b)

a) *l. 4. ff. unde cognati. §. vulgò. Inst. de success. cognat.* b) *l. 2. & d. l. 4. ff. unde cogn.*

XXXVIII.

Nati ex incestuoso & nefario coitu, cum omni parentum beneficio priventur, quin fratres quoq; ex tali abominabili complexu suscepti sibi invicem non succedant, indubitati juris est.

XXXIX.

Cæterum prædictis omnibus deficientibus reliqui  
C cognati

cognati gradus ulterioris ex sola gradus prerogativa  
vocantur in capita, a) & quidem non ad decimum ul-  
que gradum tantum sed in infinitum, b) quamdiu de  
cognitione constat.

a) Nulla enim hic representationis ratio habetur. §. fin.  
Inst. de her. ab int. d. Nov. 118. c. 1. l. 2. §. 2. ff. de suis et legis.  
her. b) arg. l. 2. in pr. juncto. §. 1. ff. de suis & legit. §. ca-  
terum. & ibi Vvesenbec. Inst. de leg. agn. suc. Idem in §. fi.  
n. 4. Instit. de suc. cognat. d. Nov. 118. c. 3. verb. omnes deinceps.  
Guit. Ranchin. in d. tr. de suc. ab intest. §. 5. n. 3. & 4.  
Trentler vel 2. disp. 16. §. 5. in fi. Et est magis favorabilis  
hac sententia. Cur enim etiam remotioris gradus cogna-  
ti non essent potius admittendi, quam si fiscus alioqui suc-  
cessurus? l. 1. in fi. C. unde vir & uxor. cum simul. Idem in  
feudis ac regalibus dignitatibus receptum esse tradunt  
Dd. Feudistica passim. Diss. Gail. 2. obs. 50. n. 1. Schn. Inst.  
h. d. 3. ord. suc. n. 38. Vult. 1. Juriss. Rom. cap. 74. n. 15. Myns.  
in d. §. fi. n. 4. & ibi Angel. loh. Fab. & alii Inst. de suc.  
cogn.

XL.

Communia de suc-  
cessionibus.  
Tit. 58.

Non tamen ut cognitionis, ita quoque affinitatis jure  
succeditur, Hujus namque jure nulla successio defertur,  
a) Ideo privigno vitricus, non verce privignus succedat  
legitimus non est, ut nec vice versa, b)

a) l. 7. C. com. de success. b) l. 3. C. eod.

XLII.

Successor itidem non est dominus ancillae, cum  
qua contubernium habuit, a) ut nec alumno is qui e-  
ducavit. b)

a) l. 9. C. h. t. b) l. 10. C. h. t.

XLIII.

Advenis peregrinis defunctis non eorum hospites  
sed

sed hæredes ab eis scripti aut proximi cognati ab intestato succedunt: Qui si defuerint, talium peregrinorū bona Episcopo illius loci traduntur, ut in pias causas erogentur.

*auth. omnes peregrini, C. h. 2.*

*XLIII.*

Atq; tantū de successione naturali, Qua in univ-  
ersum deficiente locum habet Civilis, Eaqs est Patroni,  
Conjugis, Consortis & fisci.

*Vult. i. jurisp. Rom. 74. XLIV.*

Successio patroni olim erat, cūm patronus liberto suo  
liberos aut parentes non habenti & centum aureos in bonis re  
inquenti succedebat. a) Quæ successio propter sublatū  
servitutis & sic manumissionis ulum hodie cessat.

a) §. 3. & ibi Schneid. n. 3. *Instit. de succ. libert. Cujac. 20. obs. 34.*

*XLV.*

Conjuges olim de iure civili ut & ll. 12. Tab. sibi in-  
vicem non succedebant, a) quod nulla inter eos con-  
sanguinitas aut sanguinis conjunctio esset: propter  
summam tamen illam necessitudinem matrimonia-  
lem iure pratorio excluso fisco conjunx superstes ad  
successionem conjugis defuncti per bonorum posses-  
sionē, unde vir & uxor vocatus est. b) Tandem novissi-  
mo authenticorum jure, c) in quo multo plus æquitatis  
est, quàm in veteri, d) obtentū est, ut etiam extantibus  
consanguineis in certa bonorum parte ad successionē  
defuncti cōjugis vocetur, itaq; hodie uxor inops e) vel  
indotata, marito divite decedente quartam partem ex  
bonis mariti cōsequitur, f) si tres vel pauciores relique-  
rit liberos, si plures, virilem portionē, id est, tātundē ex  
bonis mariti quantum unus ex liberis consequitur. g)



Præcipue autē in hac successione statuta locorū h) & pacta dotalia, i) spectanda sunt.

a) Quare & de jure communi nec maritus dotem nec uxordonationē propter nuptias lucratur, sed dos re dit ad uxorem & patrē dotantem, l. dos à patre 4. C. soluto matrimonio, & donatio propter nuptias ad maritum. c. fi. ex. de don. inter vir. & uxorem. b) tit. ff. & C. unde vir & uxor. c) Nov. 117. c. 5. auth. præterea. C. unde vir & uxor.

d) Lag. p. 2. c. 59. n. 48. e) Inops censetur relicta uxor, si absq; dote matrimonium fuerit contractum, tamen si patrem habet divitem, cujus hereditatem sperat, arg. l. 4. §. 1. ff. de noxal. action. Gail. 2. obs. 82. n. 3. f) ita ut maritus quartam illam hereditatis, aut quod ex statuto uxori debetur, per testamentum nec auferre nec minuere possit. gl. in auth. præterea. verb. unà C. unde vir & uxor. Wesen. in parat ff. unde vir & uxor. n. 3. Idem obtinet in marito inope, cui quoq; debetur bonorum quarta si uxor dives decedat, secundum d. auth. præterea & ibi gl. vers. dote C. unde vir & uxor Nov. 53. c. 6. vers. etiam hic. Gail. 2. obs. 98. n. 5. Quod si maritus uxorem etiam ex justa causa interfecerit, quartam non lucrabitur, l. 10. §. 1. & ibi Duar. ff. sol. mati. l. 4. §. 13. ff. de doli mali & metus ex. l. 38. §. 8. ff. ad l. Iul. de adult. g) ut autem huic successioni locus sit, requiritur, ut sit legitimum matrimonium, & ut non sit divortio solutum l. un. ff. unde vir & uxor. h) arg. l. 9. ff. de just. & jure. i) nisi ea bonis moribus repugnent. arg. t. tit. ff. de pact. dot. Gail. 2. obs. 80. in fi. Treutler vol. 2. disp. 16. §. 6. lit. C. Vid. de h. ac suc. Schneid. Inst. h. de suc. int. vir & uxor per tot.

De here-  
ditatibus

XLVI.

Tertia successio Civilis est Consortis sive Collegit.  
Moriente

Moriente itaq; Decurione intestatò nullis relictis hæredibus curia, in qua ipse fuerat, ei succedit, a) Sic naviculario corpus naviculariorum b) militi sub legione, vexillatione aut cuneo militanti, legio, cuneus aut vexillatio, (sub qua militabat, c) Cohortali, id est, officia li Præsidis provinciæ cohortales ejusdem provinciæ ipsi succedunt. d) Fabricensi, id est, ei qui versabatur in publicis fabricis, corpus fabricensiu, e) Similiter ei qui se Ecclesiæ aut monasterio alicui devovit, Ecclesia aut monasterium heres est. f) Sic consortes liberalitatis Principis sui met successores sunt iusti. g)

Decurionum &c.  
Tit. 61.

a) *l. intestatorum. 4. C. de hæred. decurion.* b) *l. 1. C. h. t.*  
c) *l. 2. C. h. t.* d) *l. 3. C. eod.* e) *l. fi. C. h. t.* f) *l. si quis presbyter C. de Episc. & Cleric.* g) *Consortes liberalitatis principis dicuntur, cum Princeps vel Imp. duobus pluribusve cõmuniter aliquid donavit, ibi uno defuncto sine hærede alter ei hac in re succedit excluso fisco. l. un. C. si liber. Imperial. socii sine hærede decess. lib. 10.*

XLVII.

In prædictorum omnium defectum ultimo loco ex l. Julia Caducaria a) succedit filius, b) (sed non nisi intra quadriennium bonorum illorum agnitio ab ipso facta fuerit. c)

a) *Quã fuit cautum, ut vacantia bona deficientibus hæredibus aut testamentariis aut legitimis ad fiscum pertinerent. l. quidam 96. §. quotiens. 1. ff. de legat. 1. l. ergo. 4. §. eadem. 17. ff. de fideicom. libertatib.* b) *l. 1. pen. & fi. C. de bon. vacant. lib. 10.* c) *l. 1. C. de quadrien. prescript. l. 1. §. 2. ff. de jure fisci. l. 6. §. 7. ff. si quis omis. caus. testam.*

XLVIII.

Sed etsi extiterint hæredes legitimi, fiscus nõn quã exclusis illis succedit, aut si ii sint tales qui hereditate

Indigni sunt, utpote crimine læsæ Majestatis condemnati, a) aut perduellionis, item hæreseos b) ut & qui non vindicarunt necem defuncti c) aut etiam si digni, tempore tamen exclusi sunt. d)

a) *l. quisquis, G. ad l. lul. Majest. §. interdum s. Instit. de her. ab intest. gl. 1. in l. 1. ff. de jure fisci. Schneid. Instit. h. de success. fisci. n. 12. b) c. excommunicamus §. damnati. ex. de heretic. c) l. 1. in pr. ff. de l. fisci. 10. tit. ff. ad SC Syllan. l. 1. C. de his quibus ut indignis. d) l. 1. ff. de success. edicto. Borch. de grad. pag. 260.*

XLIX.

Idem juris olim in bonis damnatorum præcognatis habebat fiscus, Hodie tamen proximis cognatis ea cedunt, excepto crimine læsæ Majestatis.

*auth bona damnatorum. C. de bon. damnator. An bona damnatorum vel prescriptorum propinquis an fisco adjudicanda sint, vid. Bodin. s. de Repub. c. 8.*

L

Numerum claudat hæc positio, si bona defuncti in diversis districtibus sita sunt, immobilia ad cujusq; territorii, in quo sita sunt, fiscum pertinere, a) Mobilia verò & debita, etiam si in alieno territorio sita, ad fiscum illius territorii, ubi defunctus domicilium habuit, spectare, b)

a) *Zaf. lib. 1. Conf. 17. n. 5. Borch. de grad. pag. 268. & c. un. qua sint regalia. n. 67. b) Borch. de pag. 261.*

TRIAS QQ. FEUDALIIUM CORONIDIS  
VICEM TENENS.

L.

**D**ubia sed utilissima est quaestionis, An primogenitus

tus

his filius ante adeptam à patre dignitatem Regalem  
natus secundogenito post adeptam illam dignitatem  
nato in successione regni sit præferendus necne? Af-  
firmamus.

*Nam meritò ei successio debetur, quem natura felicitas  
& privilegium ætatis primum fecit. Tirāq. in tr. de jure  
primogenitorum. q. 31. n. 19. Hotoman. qq. illustr. q. 2. Myn-  
sing. cent. 3. obs. 23. Guil. Ranchin. in d. tr. de suc. ab int. §.  
10. n. 8. 9. & 10. diversas opiniones circa h. quæst. recenset.  
Dis. Bald. in l. Imperialis. C. de nupt. Zas. p. 8. Epis. F. n. 66.  
& seq. Baro Schenck. 1. F. 14. n. fi. Alciat. in l. bona fides. n.  
8. ff. de positi. Cujac. in l. docti C. de decur. lib. 10.*

II.

Non minùs intricata est quæstio, an nepos ex filio  
primogenito, patrui in successione regni velut pri-  
mogenitus sit præferendus? Pro affirmativa disputare  
placet.

*Tirāq. in tr. de l. primogenitorum. q. 40. n. 12. Mynsing.  
cent. 3. obs. 23. Baro Schœck. d. ti. 14. lib. 1. F. n. 14. per l. ul. C.  
de impub. & aliis substit. ubi pater & filius censentur una  
persona. arg. l. sciendum. 4. §. legati ff. de legat. arg. l. si  
quis filium C. de inoffic. testam. Ideò nepos cum in patris  
sui demortui locum succedit, & eodem quo pater utitur  
jure. l. 17. ff. de R. l. primogenitus est, & pro primogeni-  
to meritò habetur. Dignitas enim maximè verò Regalis  
semel uni stirpi acquisita, quamdiu in ea masculus super-  
est, tamdiu ad alteram non transfertur. lib. 1. F. tit. 1. &  
tit. 14. §. 1. & tit. 19. §. si quis. & lib. 2. F. tit. 11. §. 2. Nepos  
igitur patrui præfertur. Accedit jus Divinum & Cano-  
nicum, quod permittit primogenito, ut etiam vivente  
adhuc patre jus primogenitura vendere & cedere pos-  
sit. Gen. .5. & 27. c. quàm periculosum. 7. q. 1. & 6. ult.*



*c. ult. §. item opponitur. 22. q. 1. Diß. Bart. in auth. post fratres. C. de legit. hered. Cyn. in l. si viva C. de bon. matern. Iohan. Fab. in §. ceterum. Inst. de leg. agn. success. Alex. cons. 54. vol. 3. Cujac. in c. un. de success. frat. lib. 2. F. c. 11. Hotom. illustr. qq. q. 3. Ceterum de h. q. vid. Bart. Cassaneus. in s. p. Catalogi gloria mundi. q. 42.*

III.

Controvertitur apud DD. Feudisticos & hæc non levis momenti quæstio: an fœmina per masculam semel exclusa perpetuò pro exclusa habeatur? Communem hoc loco negligentes negativæ subscribimus.

*per text. in c. un. §. filia. de success. Feudi. lib. 1. F. tit. 8. c. un. 2. F. 17. & c. un. 2. F. 18. Andr. de Isernia & Martin. Laudens. in c. un. §. quin etiam. Episc. vel Abbat. 1. F. 6. Sonsbec. p. 9. 131. & seqq. Iul. Clar. recept. sent. lib. 4. §. Feudum. q. 80. alteram, communem scilicet opinionem sibi semper duram visam fuisse ait. Mynsing. cent. 5. obs. 74. hanc sententiam æquiorẽ & veriorẽ se certò credere affirmat. Idem dicit Vvesenb. de F. c. 6. n. 23. ideoq. eã in cõsulendo & judicando sequendã putat. Hanc itẽ aliquoties non attentã cõmuni opinione in judicando secutũ esse testatur. Io. Eichard in addit. ad Villalob. lit. F. n. 29. vers. ex recentioribus & cons. 6. n. 6. & cons. 14. n. 4. vol. 1.*

FINIS.



380/44/56040(6)

X13<4456040600011



